



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Succinctam Doctrinarum Asceticarum Svmمام Comprehendens - Quam ad majorem omnium in Ascesi proficere cupientium utilitatem ac subsidium

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1685

§. 12. De Mansuetudine.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48214](#)

forti & brarum menti objiciat, consideretque, quanta plurimi
roviso ex necessitate, ut pauperes, & infirmi, ac captivi; alij
pericula spe vilissimi & incerti lucri, ut mercatores, milites, op-
fices: alij vanissimæ gloriæ & favoris desiderio, ut Au-
diendi: alij denique carnalis & impuri amoris cœstro con-
titati, ut Amasij & Proci, agant & patiantur. Itaque
has turmas sibi ostendi à DEO putet, simûlque illa
olim S. Augustino dicta verba repei: potuerunt isti
& istæ, & tu non poteris? an necessitas, & spes vana
plus poterit, quam gratia, spes, & caritas divina? 3.
Ut JESUM, exemplo S. Stephani & S. Antonij, vel
ipsum DEUM & totam curiam cœlestem, se in pugna
inuenientem, & tum promissione præmij infiniti, tum
suo exemplo animantem, sibi imaginetur. Si enim in
hac vita conspectus Ducis, vel astantium, tantos ani-
mos addit certantibus vel duellantibus, quid non ef-
ficiet tantorum Spectatorum præsentia animo con-
septa?

6. XII.

De Mansuetudine.

I. Est Virtus, quâ iram adversus eos, qui nos
injuriâ afficere videntur, comprimimus, & modera-
mur; de qua tria præcipue Ascetæ scienda sunt.

II. Primum est , ut Naturam atque perfectio-
nem illius bene cognoscat . De Natura itaque sciat ,
mansuetudinem non in eo consistere , ut nunquam
quis irascatur , sed ut , quemadmodum SS. PP. ad-
vertunt , sciat , pro quibus , & quibus , quando , &
quo modo irascatur . Neque enim ferire , inquit S.
Chrysostomus , absolute atrocitatis est , nec parcere

mansuetudinis, sed mitis ille est, qui ferre posse animi
in seipsum peccata sunt: qui aliis factam iniuriatur.
pulsat. Qui autem id non facit, est deses, & tristius
lentus, & nihil melius mortuo affectus, non percu-
mansuetus. Quare opera danda est, inquit
tensis, ut illud nobis ante oculos Domini dimis-
mus. Dulcis & rectus Dominus: sique malis
tudinem justitiae, & restitudinem dulcedini suavi-
mus, ut neque rectitudo sit aspera, neque di-
remissa.

III. Porro perfectionem hujus virtutis tria:
attinet, recte hanc S. Climacus explicasse videlicet
quentibus verbis: *Initium beata tolerantia (verbis
suetudinis) est in amaritudine & dolore animi
minias suscipere: medium vero eas sine mora
rare: finis autem & consummatio, summarum illi-
dem tribuere.* Vidi ego, inquit ulterioris idem Au-
tres viros Religiosos, ex quibus unus mordebat
dem injurijs & perturbabatur, sed tamen in silentio
mebat iracundiam. Alius vero gaudebat quidam
luctu suo, sed ejus, qui se maledictis insectatus fu-
peccato angebatur. Tertius vero proximitatum
na secum volvens, vim ardentium lacrymarum
fundebat. Eratque suave spectaculum timoris, &
cedis, & caritatis operarios aspicere.

IV. Alterum est, ut sciatur, aptum & i-
medium, ad praedictam perfectionem hujus vir-
obtinendam, quale quidem sapienter S. Chrysostomus
assignavit, dum dixit: *Hoc pacto Christi em-
Discipuli, si mansueti fuerimus, & mitis ingenij,
de autem tales siemus? Si nostra frequenter per-
reputabimus, si lugebimus, si flebimus. Neque e-*

rrre pot[er]t anima tanti doloris particeps irritari atque irasci pati-
n[atur] in injuriis. Ubi fletus, ira esse non potest: ubi dolor & con-
fusio, & tristitia, longè abest omnis irritatio.. Mens enim dolore
us, non percussa non studet elationi, sed amarè ingemiscit.

inquit. V. Tertium est, ut, cùm potissima mansuetu-
dinem dñi exercendæ occasio in regendis & corrigitis
acque malis reperiatur, ante omnia sciat Asceta, quomodo
cedenti suavitatis cum gubernatione aut correptione aliorum
neque diu conjungi debeat. Quâ quidem in re pro primo prin-
cipio ponenda est illa S. Laurentij Justiniani senten-
tia: Frater mandante Domino corripiatur blandè ac
esse vide dulciter; nam mollibus potius, quam duris sermoni-
bus compungitur animus delinquentis. Deinde verò
bene cognoscere studeat, in quo asperitas gubernationis
aut correctionis consistat; ubi præ reliquis fa-
cem præfert P. Claudius Aquaviva Societatis JESU
Generalis, dum sic loquitur: Asper est & gravis Su-
perior, cùm nimium credulus primis quibusque de-
lationibus tenaciter adhæret, nec ab eis se abduci pa-
titur. Asper est, cùm quasi omnes transgressiones
æquales sint, easdem minoribus, quas majoribus
pœnas decernit. Asper est, cùm ijs, quæ sola moni-
tione corrigi possunt, actiora adhibet medicamenta.
Asper est etiam, cùm loci & temporis momenta, &c
opportunitatem exspectare nescit: cùm errata, quæ
secretâ correctione emendanda fuerant, ita palam fa-
cit, ut subditum confundat: cùm in corrigo ira-
cundiâ magis agi, quam Zelo & caritate duci se o-
stendit, verbis ac gestibus incompositi ac perturbati
animi signa exhibens: quæ non modò nihil confe-
runt ad consequendum, quod sibi proposuit, sed etiam
maximè nocent. Nam cùm duo sint, quæ in sub-
ditu-

ditorum animis , cùm castigantur , plurimū solent , alterum reverentiæ , quâ erga Superiorū ciuntur , ex opinione de illius virtute ac pro conceptâ ; hæc sanè opinio debilitetur , neceſſum cùm illum vident hominem esse similem alijs minūs , quâm alios , ad passionum impetus a tum ! alterum persuasio , quâ se diligi credit certè minui necesse est , cùm quis viderit , Sūrem neque paternè , neque amanter secum . Asper denique est , cùm omnino non ostendit xitare se moveri , & desiderio perfectionis Filii cùm reprehensionis austerritate in non temperat cedine spei , quam de illorum emendatione protectu præfererat . Hactenus Claudius , quib[us] di possunt alia quæpiam indicia , quæ in Industr libello confignavit : nempe 1. Si res ipsa , quæ jungitur , gravis sit , & importabilis , saltē tē virium illius , cui injungitur : Si verbis asperius modōque despoticō injungatur : Si urgeatur etio eo tempore , quo subditus non est probè ditus , nec detur tempus & auxilia , ut se disponat tam gravia , quâm levia eodem ardore exigantur omnes subditi rationes & excusationes , primo aspectu tanquam tentationes , eo benignè non to , rejiciantur : si se suspicuum ostendat Superior & ita affectum erga aliquem , ut putet subditus in re se illi posse satisfacere : si malam de subditi opinionem præferat , & omnia in deteriorempetu interpretetur : si in rebus injungendis non tanquam rationalem & volentem Filium , sed tanquam in me instrumentum movere videatur : si ita loquuntur jubeat aliquid , ut æquivocè & obscurè dicatur .

velit, quasi studio nolit intelligi, quo semper liberum ei sit, subditum arguere: si neget ferè, quæ petuntur: est enim habenda ratio rei, quæ petitur: ejus, qui petit: ædificationis Externorum & Nostrorum: denique ejus, qui petit, utilitatis. Denique hoc etiam pertinet doctrina à S. Isidoro Pelusiota tradita, dum ait: *Quemadmodum periti Medici in morborum initijs remedia hand temerè adhibent, verum aliquantisper exspectant, dum morbus de acrimonia nonnihil remittat, ac tum demum ad medendum se conferunt, eodem modo nec vigente mœrore, cum, qui præ ipsius magnitudine velut temulentia quādam laborat, objurgare convenit (nam alioqui sermonem non secus ac collyrium, inutilem imprudentes reddemus) verū postea, quād ad tempus mœroris socios nos prabuerimus, atque hujusmodi affectum nonnihil sedari sciverimus, ita demum ad curationem proficiisci.*

§. XIII.

De Patientia.

I. Est virtus, quâ mala hujus seculi æquo animo sustinemus, ita ut propter illa nec interius immoderatè turbemur, aut tristemur, nec exterius aliquid minus honestum, aut decorum admittamus; de qua sequentia Ascetæ specialiter notanda sunt.

II. Primò generalia quædam fundamenta bene apprehendenda sunt, quoruin primum est: Ut firmissimè sibi persuadeat, neminem sine tribulatione esse, id quod pulchrè S. Augustinus super illud Apostoli: Flagellat DEUS omnem, quem recipit: indicavit dicens: Itane omnem? Ubi te volebas absconde-